

quod (si quid) tendant cordi affectus: et enim quod clausis oculis iudicabatur gloriosum, apertis oculis despicabile lutum.

Ultra. Amor sequitur iudicium cogitationis, etiam de enitate falsissima vanitas; & dum sequitur falsum, non est iudicium. Non est iudicium, ubi non rectum, & minime rectum, ni vanitatum splendores, mentes per oculos fascinantes, decreverit apparentes. Numquam adaequant extensionem nimiam cogitationis, adhuc in ambitu latissimo falsitatis; quippe multa & grandia gaudia phantasia allucinata promittit, sed veritas nec apparet, nec responderet. Longe pollicetur eximia, propè fugiant etiam obvia. Cognovit in fonte cum videret, qui nunquam viderat, non videns quae concipiebat: siquidem cum arbitraretur, apertis oculis, spectarum miraculum; nihil vidit in mundi florentis theatro praeter lutum. Lutum & non amplius, ut respiceret affectus: lutum & luci premium, cum nihil sit in mundo aestimatione condignum.

15 Modò sitit. Lutum, ut videret cæcus, inivit Christus super nubilos oculos. Lutum ut videret cæcus, & non videretur mundus. Quid ut videat Benedictus? Omnis mundus ante oculos eius adductus est: inquit Gregorius ubi supr. cap. 35. In oculis Benedicti totus mundus apponitur, & mundi premium. In oculis cæci lutum. Non est differentia in medicina, ut constat: quid mundi gloria: igitur in oculis Benedicti quicquid mundo miraculum, dumtaxat lutum. Lutum, non pulvis, ne gloriaretur mundi pompa, quòd à Benedicto aestimaretur ut terra. Lutum & ex sputo, ne clam constaret de precio: siquidem licet stibellum mundus extenderet vanitatum, & pingeret gloria florum; mundum lutum cognovit, & solummodò cognovit, ut experet.

16 Mundus ante oculos eius adductus; ut pateret, quòd mundus eiusdem non rapuit oculos. Cognovit ut despiceret: ut fugeret, torvè aspexit. Aestimavit, ut fastidiret; magnum duxit, ut nihil faceret; ac in eius fastidium despexit etiam despectum. Non ut Crates qui divitias contempserit, & contemptum aestimavit. Non ut Diogenes (de quo Erasmus in *Apophtegm.* lib. 7.) qui superbiam Platonis ampliori proculcavit superbia. Non ut plerique, qui victi sunt à victoria. Quapropter Prosper Aquitan. lib. de *Ingratis* v. 4. ait: Ne post consecutum celebris victoria bellum, securus animos incantata pace resolvat. Cui metus eliso iam nullus ab hoste superste, Nec caput attrisi virosum palpitet anguis.

Videtur, cum nullo vide.

Gregor. Mago.

Benedicti mundi premium totum lutum.

Historia vincit, ut.

Prosper.

In caelo pavementum erat ex auro; quippe tunc vere despicitur, ubi sub pedibus teritur. Verum observa, quòd huiusmodi aurum dicitur vitrum. *Aurum mundum tamquam vitrum perlucidum.* Vitrum, & aurum? Utrique. Aurum in pavimento signat despectum divitiarum, factum in mundo. Qui vitro incumbit, profectò cadet: & aurum pavimenti, quod calcatur, est aurum, sed tamquam vitrum; quoniam ne labstar cor, in despectu non nitendum. Calcato luceat victoria; sed aestimatio ex victoria gloria, ruina: igitur quod abiectione pretiosum, vanitatis vento confringitur uti vitrum. Vitrum dum premitur, frangitur: ergo pre-mendum aurum, non vitrum: quod quidem frangentem vulnerat, dum divitiarum proculcatio vulnera sanat. Unde in corde omnino nudo, mundi victore, iurè ploratur ut lamentabile; quòd altius vulneretur à victoria, quam ab hoste. Modò haec strictum, quoniam alibi latè. Vide aliqua *Tau. 8. Did. 2.*

17 Mundus adductus est ante oculos Benedicti, dum terram cernunt de longè. Despectus gloria puer intuebatur, unde terram. Terra longè est à pectore; & ante lumina renunciatio proponitur à phantasia. In victoriae clade stat victoria: & dum mundus adducitur ante oculos Benedicti, non tantum terra, etiam despectus à longè. Dum aspexit, despexit; & quod despexit, non vidit. Velle Benedictus, ut quem tamquam nihil dimisit, esset in contemptum aliquid: sed timuit, ne aliquid esse, cogitaret mundus; si experiebatur despectus. Aspexit, quia plus relinqui non potest: despexit, quia minus quam mundus pessundari nequit. Aspexit & despexit: igitur cum totus mundus adduceretur ante oculos Benedicti, oculi eius mundum crevere de longè. Cæcus erat, dum oculis cuncta lustrabat. Cæcus videns: cæcus, ne videret; & videns, ut proculcaret.

18 Subdatur causa. Relinquere mundum, quin aliquid relinquatur in mundo praeter spem, vel desideria; patet virtus, sed non magis. Verum relinquere mundum, dum totus ad gaudium obijcit oculis; est sanequam rota perfectio virtutis. Relinquere mundum prorsus arentem vel fortuna lava, plenà amaritudinis, & vacua prosperitatis; est necessitas, qua potest esse perfectio, sed non ex habito: verum conculcabit ut mirabile, habere mundum in flore, & relinquere, quin delibetur vel flo-culus levis mundi. Longè abest à mundi prosperitate anima, quoniam saepe fugit prosperitas lumina. Necessitas parit sub hac spe-

Apo. 21. 21.

Despectus est mundi, & despectus

Isai. 35. 17.

Oculi Dei mundum, ut videtur mundum, & cæci & perf. p. c. i.

Cor. 13. 12. Cogitationi autem ubi mundus in eius blandimentis flagrat.

specie corenam, & tenix lauream: verum omnino inter celsiores praestantem, gloria mundi renunciare, dum illa plane renunciabat principem. Contentur oculi Benedicti gloria mundi, & fortunas florentes, quoniam fruat divitijs, quæ coram oculis. Ceteri habent mundum, quoniam non habent: *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Alij qui mundum habent in re, voluntarie quasi non habentes sunt. Benedictus gloriam mundi ante oculos habet, & cernunt longè, quasi nihil haberet. Ars fuit in renunciatione bonorum, & in sui abnegatione mirabilius artificium. Aspexit mundum, & aspiciendo despexit. Aspexit ne aspiceret. Aestimatio utique magis sprevit: igitur gloria, quam mundas oculis obtulit, non despexit ut haberet; sed habuit, & aspexit, ut proculcaret.

19 In statua Nabuchi ficta, vel consista à somniantis phantasia, lucent tamquam crystallino speculo vera renunciationis imago. Corpus eius constabat ex diversis pretiosis metallis, idolum cui corda humana offerunt ex intimo adorationes, in votis incensum, ac in animo holocaustum. *Huius statua caput ex auro optimo erat.* Verum observa, non describit comam. Haud videtur parvum ornamentum capiti, quippe turpe sine crine: ideo ibid. cap. 7. 9. sedentis in throno designatur capilli, & *Cant. 5. 11.* etiam coma recolatur Sponsi. Hic tantum aureum describitur caput, non capilli. Ne ideo turpe, sed magis sine ornamento spectabile. Forma pulchritudinis est coma, sed sine coma huiusmodi imagini non deficit gratia. Symbola cogitationum sunt capilli, aurum compendium divitiarum seculi: & in tanta pretiositate opum, in copia inaudita fortunarum, sed abique ulla aestimatione, Benedictus contempletur tamquam statua Nabuchi. Sine capillitio, quia avolvit cogitatio. Actù exhibuit, quod Rex incuriose somniviavit. Statua rationalis aurea speciosa inter mundi opes, sed cogitationes inopes. Aureum caput, sed sine crine; ut materia pretiosa cederet formæ: quandoquidem ex capite, cogitationum origines, in fortuna maicilate, cupiditatum fomite, in divitiarum compendio, non adhaesit gloria mundi vel minima cogitatio.

20 Rationem promere, erit operæ premium. Icti à salamandra percunt comæ. *Quaecumque parte corporis humani contacta, toti desuunt pili:* attruit Plinius lib. 10. cap. 67. Eorum, qui amant mundum, capilli sicut in Nabucho crescunt: sed desuunt celestia amantium. Si cogitationes designantur

1. Cor. 6 10. 1. Cor. 7 30.

Dan. 2. 32.

Non adhaesi nisi do vel minima cogitatio.

Isur Salamandra comæ. Plin.

capillis; in pectore Benedicti potens flamma charitatis; igitur arripuit superfluas cogitationes. Amor evanescit, cuius cogitatio fugit. At ubi fugit cogitatio Benedicti, si esse non potuit sine cogitatione? In Scythia Agathyrsi populi abundant auro, sed sine avaritia vivunt, sine amore in metalli pretiosa, cum sint illis quasi terra. Mirum sane, inter divitias sine affectu vivere. Verum quare, quod alij ambiunt per mare, per terras, tam longo climatum tractu, gaudet neglectu? *Ceruleos capillos habent:* ait Ravius Textor in *Offic.* lib. 7. cap. 48. ex Plinio lib. 4. cap. 12. Perperam avaritia regnaret in animo, si cogitationes, indicata capillis, erant in caelo. Non novum, maxime dum despectus connotat animum; siquidem Berenices coma collocata est inter astra. Despexit Benedictus orbem, avertens oculos, ne videret vanitatem. Aspexit cultus, dum venit mundus ante oculos: ceterum in mari spatioso divitiarum, & procella irruentium cogitationum, nec levis quidem, pectoris concussit quietem, nec cordis pacem. Nulla ex tanta perturbatione valu t commotio; igitur auferatur cogitatio: & si aliqua latuit, vel vanitas genuit, dum florent species sensibiles; subito evanuit, quoniam in illo etiam caelestes cogitationes. Palmam obtinuit, qui victor insignis terrena calcavit, & mare voluptatum convertit in volutatem aridam cogitationum. Nos alio mentes, aliò divinus aures: ceterum Benedicto ob egregia (arripam à Catullo in *Carm. naptial.* v. 11.)

Palma parata.

DIDASCALIA VIII.

Recessit à mundo S. Benedictus scienter nescius, & sapienter indoctus.

1 Ingeniosè Gregorius Magnus profert ubi supr. de fuga Benedicti. Romam fugit, & à mundo recessit. Nihil in parte, & toto diversitatis: idem omen & plausus urbis & orbis. Intuitum fugæ perpendis: *Ne si quid de scientia eius (mundi, nempe) attingeret, ipse quoque in mane precipitium totus iret:* ibidem subdit Gregorius. Fatuus esset, si quid de mundi scientia attingisset: igitur licet transcendere mundum, sapientia huius mundi stulticia est apud Deum. Unde inter sapientiam falsam, & sapientiam; elegit quod infensari per-

Don. 4. 30.

Agathyrsi ceruleos capillos habent.

Rav. Tex. Plin.

Berenices coma inter astra.

Benedicti cogitatio erat in caelo.

Catull.

Gregor. Magn.

Deitur, quia mli di nescius.

perperam vocant insaniam : etenim in mundi universitate magis doctus, magis nescius. *Indoctus sapiens, & inscius esse scienter Constituit, Musis proposuitque Deum.*

Corvin.

Succinit Corvinus.

Lys.

2 *Vocatione Abraha (inter Chaldaeos Mathematicae, Astrologicae, atque Geometricae disciplinae peritissimi) indicatur (ait Lysa in Genes. 12. 1.) in Religionem vocatio borninis literati: Cui, ut constat, dicitur: Egredere de terra tua, ubi floret scientiarum schola; & veni in terram, quam monstravero tibi: ut scias egrediendum, sed non ubi. Nescire terminum, & scire eundem; videtur ignorantia: manere in scholis ad usum scientiae, videtur scientia: & iubetur egredi unde cognoscit, & ingredi ubi penitus nescit; ut inter mundi contemptus & plausus esset scienter nescius, atque sapienter indoctus. Hinc illum beate conatur duplici felicitate. *Benedicam tibi (ait) erisque benedictus.* Benedicam, si deseris stultissimam sapientiam: & eris benedictus, si intendaris in sapientem ignorantiam: igitur in scientiarum schola dumtaxat vere sapit, qui sapit vera.*

Verf. 2.

3 Hac doctrina floruit N. Patriarcha: siquidem introivit in potentias Domini, quoniam non cognovit literaturam. Minime sinistrio iudicio arbitreris idiotam. *Plus philosophia scivit, quam Aristoteles:* inquit Vincentius Ferrerius in Ser. de S. Bened. Plus Theologiae, quam Salomon; asserit Bruno Ser. 2. de S. P. Quid mirum, dum à Stephano III. in eius *Paneg.* extollatur *Doctor Gentium?* Fuit in omnibus scientiis autodidactus; vel accepit caelitus, ut possit dicere doctrinam propriam non suam, sed à caelo delatam. Nec quia defuit imbuens informem pueritiam principiis scientiarum, defuit scientia. A meliore schola commendabilior doctrina. Non habuit huius saeculi sensum, qui plauditur à Beda *Doctor Doctorum.* Quid quod non haberet humanam scientiam, si habuit infusam? Quid quod fugeret intellectum habitus, per demonstrationem acquisiti, subtilitatis; ubi nata sapientia, quae res agnoscat per altissimas causas? *Ad litterarum studia mittitur* (inquit Card. Petrus Damianus *Opusc. 45.*) *sed mox ad sapientem Christi stultitiam revocatur: & quia scholam pia rusticitate mutavit, hoc descriptum reliquit in capitulo muliercula, quod de se mundi sapientes exprimere nequeunt in mensa Geometrica, vel Astronomica disciplina.* Icecirò in festo Tabernaculorum fructus arboris pulcherrima, designans in sententia Hieronymi, uti vidimus,

Benedi.

Huius fuit

autodidacti

Huius.

Vinc.

Fer.

Brun.

Magister

caelicus.

Bed.

Doctorum

do-

ctor.

Pet.

Dam.

scientiam; ornabat ex contemptu mundi partam palmam. Scientia mundi, uti fulgor apprensus, perfectus pro fructibus flores-verum nitent fructus arboris pulcherrima, cum exhauritur sapientia ex fontibus ignorantiz.

4 Sit igitur: verum hem. Si Benedictus in desertum fugit, quænam schola in deserto? Unde discit, vel quis docet? Quæ arte solitudo universitas? Quomodo loquatur rosas, quæ non audivit præter avium linguas? Ubi cathedra? Ubi sella? Ubi gymnasium, ad discentium exercitium? Ubi moderator? Ubi doctor? Ubi rector? Ubi libri? Mundus totus post eum abiit. Industria mundum ut librum præbuit, in quo Benedictus Creatorem videret, & intelligeret. Ideo *omnis mundus ante oculos eius adductus est* (vidimus dudum) ut legeretur scientia in stulticia, seu pestilentia cathedra. Si Ethnico licuit promere (vide Causinum *lib. 1. symbol.*)

Iupiter est, quodcumque videt: In cunctis Deitatis umbra rutilans lucet, & animus ex his quæ novit, surgit ad incognita, quæ non novit.

— *Ideo factem caeli (non invidet orbi Ipse Deus, vultusque suos, corpusque recludit.) Sæpe volendo, seque ipsi incalcet, & offert, Ut bene cognosci possit, doceatque videndo, Qualis eat, doceatque suas attendere leges: Ipse vocat nostros animos ad sidera mundus.* Canit Manilius *lib. 4. Astronom. cap. ut. v. 50.* etenim invisibilia Dei, per ea quæ sunt facta: conspiciuntur intellecta.

5 Ergo audiamus lectiones ex cathedra inconcusse veritatis. Contemplabatur Benedictus ima & summa, inferiora & superiora, prout discerebat in caelorum aula. Liber erat globorum rutila lux, motus sphaerarum vox, astra lingue aureæ, quæ erudiunt multos sicut splendor firmamenti. Stellas speculabatur esd lucidas, trementes: Planetas etiam in caelo pugnantes: defectus Luna, Solisque labores. Si eclipsis patitur Sol in throno superiore, quid in vitæ curriculo levis Sol intelligentia? Etiam terra dabat fructus, ut flunderet animus. In arborum foliis ictus legebat decidua vanitatis: siquidem ludibria venti, quæ luxuriabant in fructe. In flore, fugitivam pulchritudinem, & caducam, vel nascentem, venustatem: etenim marcescit vespere, replendens manè. In rivulo, spectatissimam scientiam inter florilla oberrare, inter procliva præcipitem ire, atque præcipitio frangi. Fontis liquidum contuens crystallum, bibeat pectore & oculis documentum. Dulcis nascitur, in mari

Lev. 23 4.

Mundus
liber quo
legitur
Deum.

Gregori
Magn.

Lucan.

Manil.

Dio-
nyf.

Cur iteo
logia in
fyrica di-
catur sa-
pientia
stulta?

Quid &
quomodo
fugiens
mun-
dum, in
mundo
didicit Be-
nedictus?

marimoritur. Ad mortem sic vita fluit, & fugax circulis tendit: quandoquidem si vivere dulce, amarissimum est mori. In basilisco, ut educeret veneno theriacem, legebat in foeminam pulchram factus luminum discrimen (alstruxit cura, vel dum phantasia depinxit imaginem) igitur quo afficit, inficit, & apsis inter rosas subdole serpit. Propinat ridendo venenum, ac miscet inter vincula iocum. Lucet, & nocet: à cauda pungit: dum blanditur, insidiatur: equidem suavi vulnere, & blandimur lethali, si mulcet; decipit: toxica intromittit, si genium allucit: etenim fob dulci melle cordis later acerbitas, & mortem dat ambienti ipsa perfida, chara voluptas. Denim ut in igne foelle ignis, in eius flamma legebat flammam amoris. A nubibus oculi didicere flere, in tonitruis tubam audivit iudicij, in universo circumspicere dolum; quippe dolus pro Alcide sustinet mundum.

Lucan.

Estne Dei sedes nisi terra, & pontus, & aer, Et caelum, & virtus? Vel fanaticis dixit apud Lucan. *lib. 9. v. 578.*

6 Celebris utique ex universo universitas. A saeculo inter mundi sapientes non est auditum simile oraculum. Subtilis sanè materia, nobilis cathedra, singularis scientia! Sed quam? dices: Divina theologia, cuius cathedram moderatur ignorantia, sed ignorantia doctissima. Theologiam myllicam definit, de *Div. contemplat.* Dionysius, *irracionalem mentem, stultamque sapientiam.* Quilibet definitionis terminus videtur implicatorius. Si intellectus & sublimis, qua regula irracionalis? Si præcellsa sapientia, quo iure stulta? Quia cuiusmodi scientia multis incognita. ER sanequam sublimior perfectio, quam in vitæ cursu adipisci potest homo: & dicitur intellectus, quia subtiliter concipit; & irracionalis, quia intelligentia semetipsam excedit. Dicitur sapientia, quoniam erudit docet; & stulta, quoniam animalis homo minime percipit.

Dio-
nyf.

Cur iteo
logia in
fyrica di-
catur sa-
pientia
stulta?

Brun.

Greg.
Magn.

destruit sed explicavit: non confundit, sublimitatem expressit. Fuit sapientia & doctissima, quam percipere non valuit humana vana sapientia: unde indoctus vocatur, & eruditè à Doctore; quia à sapientibus mundi nequit comprehendi.

8 Cognovit Baptista Christum Dominum, cum veniret ad baptismum. *Vidit ergo Iesum, & cognovit, cum proferret: Hic est de quo dixi: Post me, venit vir, qui ante me factus est.* Vidit igitur, cognoscens obvium, & subdit: *Ego nesciebam eum.* Si Christum Salvatorem mundi Ioannes signat, non ignorat: quomodò enim nescit, quem intuitivè cognoscit? Si habet de obiecto nobili scientiam, scientiam vocat ignorantiam? Et adæquate. Erat Christus ratio; & sapientia Patris, clarum speculum mentis: & Baptista tæteur scire, ac in scientia ignorare; quoniam nisi rationem intellectus comprehendat, scientia humana, etiam qua videt, ignorat. Erat Verbum Patris sapientia divina, qua descendit in mundum, in captivitatem redigens omnem intellectum: & per ignorantiam propriæ scientiæ, adæquate sublimioris explicat definitionem; quippequam hæc excedebat humanam capacitatem.

9 Mors & perditio, quæ huiusmodi non perceperunt scientiam, audierunt famam. Intendite. Operato miraculo cæci nati, quo obtupuerunt vel aversi; diversis oppositionibus patuit sparium, quo magis ac magis extenderetur prodigium. De auctore inauditi illatenus operis, ortum est grave litigium inter saeculi sapientes. *Nos scimus* (dixerunt) *quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.* Mentuntur aperte: illis dixerat caelitus Præceptor: *Et me scitis, & unde sum scitis.* Quomodò igitur sciunt, & nesciunt? Quomodò ignorant, quem auctorem agnoscant? Quia non comprehendunt. Erat uti sapientia divina, minime per humanam scientiam demonstrabilis; & dicunt verè: *Nos scimus, & hunc nescimus:* igitur cum esset plus quam percipere posset scientia; huiusmodi scientia à doctis definitur ignorantia.

10 Alstruxit, qui fuerat cæcus, quod cognoscere nequibat, vel nolebat sensus à maicitia depravatus. *Hunc nescimus unde sit.* Quid dicit illuminatus? *In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit?* Quia nesciunt? Mirabilia iure laudantur à cognoscentibus, & minime ab ignorantibus; quippe plaris, vel minoris pendere nequeant, quæ non cognoscunt. Docti in lege non erant tincti scientia, sed imbuti: quo

Benedi-
cti aut
sapient
stultitia

Ioan. 1.
11.

Divina
sapientia
captivitat
no. 10.
raalia.

Ioan. 9.
29.

Ibid.
c. 7. ad.

Scientia
& nesci-
tia est.

Cap. 91
30.

Cognoscitur de
strina co
lestis,
quia in-
cognita
nobis.

ergo passio a nescientia sapientum opus mirabile? Non esse insignis, auctoris habere scientiam? Nequaquam. Adæquarent sapientie magnitudinem, iuxta intellectus limitati cognitionem. Plus erat, quam cognoscere valeret: & dicit cæcus mirabile, quod nesciret; quia cum haberet extensioem ultra humanam, quantumvis subtilem, capacitatem; prodigij mirabilis rutilavit flemma, ex eo quod docti ignorarent huius doctrinæ principia.

Greg. Magn.

Ignorantia in scientia abundantis sensus cordis humani, docetur in deserti schola, magisterio Benedicti. Per hanc sapientem stultitiam, Dei sapientia videtur, quam videre nequeunt, qui sibi sapientes videntur. Relinquamus noxam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hæc Magn. Gregorius lib. 27. Moral. cap. 27. Quantum sciret, si Adamus nesciret! Innuat Alciurus Avitus de Origine Mund. lib. 1. v. 310.

Scire verita, est stulticia.

Hic operis dulci studio securus quiescat, Delictisque frenus longævo in tempore vita. Est tamen in medio nemoris, quam cernitis arbor,

Noritam recti, pravique in germine portans, Hæus ab accessu veterum restringite tactum, Ne vos forte premat temeraria discere cura, Quæ prohibet doctor: melius nescire beatis, Quod quæsisse nocet.

Pretiosior scientia ex ignaritia.

Scientia mundi scientia non est. Ideo Zacharus in sicum fatuam scandit, & superioris ætatis errata correxit: igitur qui sapiens in hoc sæculo, non erit sapiens, sed omnino nescius; ni fiat stultus. Qui sequuntur sæculum, stulti sunt à scientia: qui verò tendunt in cælum, docti sunt à stulticia: & altimabilior, ac pretiosior patet scientia ex ignorantia, quam à sapientia sapientia. Verum hoc plene Tom. 5. Tautolog. 9. ad illud 1. Reg. 28. 1. Sciens scito.

1. Cor. 1. 22.

Sed quid hoc? Dicit Paulus. Quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes. Græci sapientiam querunt. Floride & nervose interpretatur Leo in Nativit. Domin. Sermon. 5. dicens: Quia mundus de vanitate suorum dogmatum superbiebat, in eo constituit Dominus salvandorum fidem: quod & magnum videretur & stultum, ut & deficientibus omnibus opinionum præsumptionibus, sola Dei gratia revelaret, quod comprehendere humana intelligentia non valeret. Non in fabrica mundi, in qua Dei relictæ sapientia, auctor est cognitus, & de crevit sui cognitionem per stultos. Stulti, qui

Leo Pap.

credentes deducebant in cælestia? Næ. Opposita eran mundi & cæli dogmata. Mundi sensus ab hominibus dicebatur, & plaudebatur sapientia: cæli sententia ignorantia, quia abiectione vivere, crebro pati, divitiis contemnere, maiestatem fugere, sese abnegare, inimicos diligere, dolum in corde non tenere, illam non perficere (& alia perfectionis instrumenta) plana sapientibus facili videbatur stulticia; quippe quæ gratia revelabat, humana intelligentia comprehendere non valebat. Quæ comprehendebat animalis homo, erat indulgere genio, vivere sine ratione, ad placitum sine lege, dignitates ambire, alios proterere, & alia rationalitatis probra, eius sapientie principia. Hoc indicabatur magnam, illud stultum: & gratia revelabat sapientibus dogma salutis, per stulticiam novæ predicationis; ut qui peribant sapientia, salvarentur stulticia.

Scintillæ testimonij effulgurent. Huiusmodi adverfæ genio lectiones à sapientia dictantur: & quasi insipientium prædicationes inferuntur; & quom tunc apparet lectionum vera sapientia, cum hominibus videtur summa ignorantia. Mundus de vanitate suorum dogmatum superbiebat, dum opposita cælo hominibus revelabat; quin posset obtinere salutem, dummodo nollet cognoscere vanitatem: & ut deficerent omnium opinionum præsumptiones; stulticia cognite subiiciuntur sapientes: ut cognoscentes suam sapientiam ignorantiam; stulticiam præcognitam venerarentur sapientiam. Ideo consulto dicitur à Paulo Credentes: igitur si per fidem huiusmodi sapientie conclusiones; erit argumentum falsum, apparentium rerum argumentum.

Per stulticiam, subditur, prædicationis. Per stulticiam, dum Græci querunt sapientiam? Doctrina Apostolica Græcis videtur ignorantia, & ipsorum ignorantia sibi videtur elevata sapientia. Error est, & cum errore evanescunt conclusiones scientiæ. Unde querentibus scientiam, offert Paulus stulticiam; quoniam non verè scientia quæ mentis, sed quæ voluntatis: igitur per hanc anima diligit, per illam verò cognoscit: & non est scientia quæ cognoscit, sed quæ cognoscatur, sed quæ comprehendit, ut diligit. Illis sapienter fatuis placebat, uti scientia, sæcunditas dumtaxat intelligentiæ; ingrataque prorsum ut stulticia, sapientia quæ inhæret voluntati. Et pro illa optata sapientia, exponitur ab eorum scientia exprobrata stulticia; quippe ni discant in hac schola stulticiam, namquam invenient inquirentes sapientiam.

Illæ est scientia, quæ salvatur anima.

Obtinere vera scientia, ubi sapientia cognoscitur ignorantia.

Præ-

Quid mundus non intelligit, insipientiam deest.

Conclusiones Benedicti in schola destruit.

Sap. 7.9

Iob 28. 17.

Divitia temporales non divitia.

Praxim in virtute Benedicti miremur. Spere mundam, & illius sub pedibus tumida gloria; videtur mundo stulticia: & est nobilior scientia, quæ lucet intellectus, quoniam illam ut scientiam ignorat mundus. Scit, & nescit. Scit, quia scientiam cognoscit: & nescit, quia non comprehendit. Scit, & nescit, siquidem illi est scientia & ignorantia, ubi huius sapientie speculatur principia. Scit, quippe non diligit, An sit, vel non? Nescit, quoniam ignorat, Quid sit. Est scientia mundo sublimior, quam per se non attingit vel intelligitur clarior: & cum ignorent sapientes facili huiusmodi scientiam, insipienter desinant per ignorantiam. Benedictus docet homines, mundum relinquere; verum studium hominum, est mundum sequi. Benedictina doctrina illis videtur ignorantia, & pater ignorantia illorum scientia. Est ignorantia scientia hominum, quoniam sapientia mundi: & est scientia, Benedicti ignorantia; quippe doctrina cæli. Clarius delicabo. Fundatur ignorantia, quæ scientia, diversis principijs; quæ quidem omnino cæcæ lumina mentis. Descendit scientia mundi, divitiis esse divitiis: & hic propugnatur, vel commentitias pretiosas. Astruit mundus maiestatem solij per imperium, hic esse somnum. Dicitur mundus esse ignorantiam Benedicti scientiam; & docet Benedictus eius scientiam ignorantiam stultissimam.

Elegit Salomon inter pretiosa sapientiam. Divitiis nihil esse duxit in comparatione illius; igitur æstimabiliores opes mentis, quam opes, quæ frequenter faciunt rationis inopes. Nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omnis aurum in comparatione illius arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Nihil videtur addi æstimationi posse, pro commendatione sapientiæ; & Iob adinvenit aliud extremum, igitur ait: Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Singularis æstimatio! Vitrum & aurum: Si despiciat pro nihilo aurum, quodnam pretium, quantumque fulgeat, habebit vitrum? Conferri possunt simul, dum extrema designanda pretiosa, vitri & auri momenta? Possunt, in hominum documentum, ut sciant quid dicit stulta sapientia mundi, & docta stulticia cæli. Patet in collatione & similitate avaritia, quæ cæcæ opes in mundo æstimantur, & cognitio qua in schola paupertatis proteruntur: igitur si in mundo iudicatur divitiæ, quæ cor post oculos fallunt pretiositatis imagine; in respicientiam cordium, scientia ostendit ut vitrum, quod in mundo in-

spientes iudicant aurum. Docet schola, sapientie & erroris distinctionem, iuxta divitiarum despectum, vel æstimationem. Divitiæ sunt aurum pretiosum scienti, verum vitrum proculcatum. Nihil ultra cogitationem habent pretiositatis, quippe sunt vel non sunt respectiva cupidinis, quæ prope nihil apparet, quod longe pellicit: & dicitur aurum & etiam vitrum iuxta cupientis, vel negligentis animum; siquidem quod aurum cordibus, vitrum est pedibus.

Occurrit solutio principali testimonio. Aurum vel vitrum à lobo proponitur: Argentum & lutum à Salomone signatur. Haud cogitandum, quod vilibus, aut pretiosis conferatur sapientia; sed quod illa discernit vilia & pretiosa. Describitur differentia sapientium & insipientium in Lydio lapide cordis ad momenta metallorum: sapientia dicit vitrum, quod stulticia denominat aurum, in signum pretij destinati à mundo, & constituti à cælo: igitur quod stulta sapientia vocat argentum, sapiens stulticia iurè reputat lutum. Ideo additur: Non comparavi illi lapidem pretiosum. Lapis pretiosus, vel pretiosus ad speciem, exploratur per utilitatem. Iurè gradibus datur dignitas, & graduum pretio pretiositas. Ut appareat tantum, fucos colorum in vitro fit commentum industria artificum; & quæ dumtaxat est vitrea bullula inflata, unionum coloribus picta, atet ad oculum margarita pretiosa. Ecce divitiæ explorata à sapientia, & stulticia: igitur dum dilector sæculi exhibet lapidem mundo pretiosum, apud sapienter stultum non habet pretium. Unde stulticia docta arguit sapientiam stultam; quoniam reputat unionem, crystallum falsè nitentem. Ergo pudeat sapientes, & facili conquirentes, quod lapis pretiosus super aurum, & topazion, pretij æstimatione demonstrat fragile vitrum.

Cuncta ergo desinit Salomon, dum gauderet cunctis. Do tibi (dicitur ei) divitias, & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus. Sic ergo, sed additur illic. Evigilavit Salomon, & intellexit, quod esset somnium. Ergo omnia in somnis. Sanè, insomnia omnia, & à phantasia consistit. Non dicitur somnus, sed somnium. Somnus est quies, somnium, verò quod simulachris fictis sæpe derubat commoda quietis, cum id videre dormientes videmus nobis: & quæ ab hominibus desiderantur ut gloria summa, dicuntur in somno somnia; quippe tantummodò habent formam, & esse in phantasia & à phantasia fictice, expulsa quiete, commoto corde; non ex his quæ videntur, sed

Ubi latet præ.

Aurum vitrum, argentum lutum.

Ibid.

Lapis pretiosus sine præsentia.

1. Reg. 3. 13. Veritas.

Et omnia somnia.

quæ videntur videri. Fuit quidam in Abydo qui correptus amentia, procederet in Theatra, vacua tunc hillrionibus, sicut eius cerebrum rationis imaginibus: unde plaudebat cantores, & saltatrices, acclamabatque interdum: *Mirè, Admirabundè*. Ita Causinus (ex Aristotele de *mirab. auscult.*) lib. 4. *Symb. 1.* Evigilavit, & cum nullum videret simulachrum, intellexit, quod esset somnium, & se omnino mentis impotem, & summè amentem. Hoc morbo laborant, qui terrena sapiunt, & sæculi gloriam, sapientiam, atque divitias sicut. Illis videtur, habere imperij maiestatem, sapientia regimem, divitum felicitatem: & non videntur, quia tantummodo somniantur. Ipsi sibi somnia fingunt: igitur quæ amentia vident, ad oculum nec apparent: & serò cognoscunt esse defectum mentis, quam somniant ut formam prosperitatis.

18 Perpende in materia felicitatis propositæ, quam longe sit felicitas à veritate. *Evigilavit, & intellexit, quod esset somnium.* Cum intellexit somnium, intellexit. Evigilavit. Ergo dormiebat: ibi in fomno bona viderat. Clarent bona vana, vel nulla; quippe non habent esse, quæ esse habent sopita, vel soporata ratione. Istæc æstimantur cum videntur; & videntur, cum somniantur. Felicitas vera est, quæ ratione probatur, non quæ fingitur: & dum vigilat, vitam negat obiectam felicitatem; quoniam si vigilat, prius non habebat rationem. Divitias negligere, maiestatis auctoritatem non querere; mundo sapienter stulto videtur infania: huiusmodi sollicitudo verè sapientibus videtur summa stulticia. In vigilia vel sopore rationis, patent tamquam in examine sapientes vel insipientes. Ideo dicitur: *Evigilavit Salomon, & intellexit*: igitur dormit ratio, dum quæ videntur in fomnis, stulti iudicant verà: verum evigilat, ubi sapientes arbitrantur infomnia.

19 *Quod esset somnium.* Gaudet imperio, & dumtaxat imperij patet imago. Verè possedit maiestatis saltitatem, & imperij gloriae speciem. Vera non fuit gloria, ubi verum diadema: Quantumvis fopistice arguat ambitio peccoris, in throno non invenitur nisi bractea maiestatis. Mundus quas plaudat coronas, hæc scientia, mundo ignota, signat præstigiis: sceptrum fortis ludum, vel fortunæ speculum. Est laurea dormientibus, verum somnium vigilantibus. Corona stultis sciolis, minimè discernentibus inter verum, & falsum: somnium sapienter indoctis, distinguentibus inter malum & bonum. His, quippe dumtaxat intuentur speciem: illis, quia spe-

ciem venerantur veritatem. Sunt idola phantasiae, quæ efigurantur in altare cordis, prolubio imaginationis: quin fortunam videat obviam, nisi dum fomniat fortunam. Sunt & non sunt. Sunt mundo idololatria civilis, quia respicit vana, ut bona: ceterum infomnia cælo, quoniam despiciunt ut falsa.

20 Demum pallam fiat, quid sit sæculi sapientia. Floruit insigni Salomon, ita ut nemo ei antecesserit: Disputavit à cedro, quæ est in ambitu Libani, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: ceterum dum proponit studium, exponit studij cordis propositum. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroressque & stultitiam.* Alij: *Insanias, nugas, furores.* Incumbere studijs scientiarum, videtur in scholis: ceterum stulticia! Tot tantique in multorum scriptis sunt errores, ut iudices, nec oblique, auctores furere; studio nugari, vel proposito insanire: igitur ambientes ludicris studijs insaniam, nihil videntur studuisse, nisi stulticiam. At si sub Sole nihil Salomonem latuit, si cuncta curiosè scivit; quo pacto huiusmodi insignis scientia, ab ipso mel designatur stulticia? Si sapiens propter scitum, scitum non est stultum: si stultum, erit insipiens, & minime sapiens. Cur ergo vel ipse eruditionem omnigenam, vocat sapientissimè insipientiam? Quoniam scientia fuit mundi, cuius cathedra non muneratur, nec numeratur in schola sapientia: & cum sapientior in huiusmodi scientia sit indoctus, & prudentior, stultior; quicquid Salomon didicit per insipientem scientiam, nil fuit præter stulticiam. Fuit scientia, & ignorantia. Scientia mundo, quoniam stupuit orbis ignorantia cælo, quippe cælo fuit inutilis. Apè dixit: *Antecesserat me ista sapientia, & ignorabam.* Sic claudit hermisticium Biblia Antiqua. Plaustum Salomoni conciliavit mundi scientia, cui præ omnibus concessa meritò laurea: sed præstabat stultus, ubi ab omnibus laureatus; quoniam huiusmodi studijs quò magis sapiebat, plus de sapientia ignorabat. Fuit Salomon insipiens, quia cognovit insipientiam, & scivit; verum fuit sapiens, ubi scitam sapientiam, ut sapientiam non cognovit.

21 In eisdem testimonijs patet veritas. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroressque & stultitiam.* Prudentia opponitur stulticia, & doctrina contradicit errori. Prius error erat, quoniam stulticia plaudebatur sapientia, atque sapientia stulticia. Studium sæculo, studium; prudentia cogitatio, vanitatum; consilium, mundum ludentem quærere; ingenium, tempora-

Amentia celebris.

Causis

Mundi bonapror sus vana.

Deficit rationalitas, ubi in mundo sollicitatur felicitas.

Qua cor lum ut falsa despit, nisi dicit vera sit.

Eccel. 17.

Sapientia mundi di stulticia.

Sap. 7.

Et qui plus sapit, plus desipit.

Ubi sapia.

Clarior, dum cor respicit.

libus facietatem usque frui. Ceterum frugi factus, agnovit quàm insipienter stultus: igitur quæ doctrina, modò vita est insipientia; quæ veritas, fatuitas; prolubium voluntatis, error mentis; prudentia, infania; ignorantia, quæ sapientia; nuge verè utilitates, & denique quæ argumenta sapientia mentis furores. Unde cordis, & intelligentia tanta mutatio? Ex stulticia argumento. *Antecesserat me (ait) ista sapientia, & ignorabam.* Sapientia ignoratur? Sapientia intellescit intellectus? Utique. Non dicit absolute Sapientia; sed *ista*: quæ quidem ut cælestis, vera sapientia. Intellescit sapientia officium, non est mundana scire, sed penitus ignorare: & exprimit cum sapientia ignorantiam, ut definit ignorantiam veram sapientiam: quandoquidem ille profectò sapit, qui sapientiam mundanam non cognoscit.

22 Ecce Benedicti cathedra, qua divinum silentio legitur ius. Ecce plus quam Salomon hic. Fuit prius insipiens Salomon, quoniam neciter fuit doctus: at Benedictus sapiens, quoniam scienter nescius. Ignorantur à sapientibus sæculi huius, sapientia principia; quia illis placet errorum ignorantia: nec vacant respicientia, quoniam retractatio pugnat cum intelligentia elevatione. Malunt toreri in perpetuum utitur, quam fateri intellectiois errores. Iam habent præceptorem, sapientem fatuitatem ostendentem; ut fugiant insipientes fatuitatem: igitur quicquid mundas stultus plaudat scientiam, Benedictus esse ostendit plenissimam ignorantiam. Ornetur ergo palma despectus mundi, malis aureis arboris pulcherrima. Sacri fervantur adhuc in arbore fructus, dum scientiam dicat sapienter indoctus: quippe in sapientia mundi nil lateri, nil scientia, propter eminentem scientiam Iesu Christi. Audiatur ergo doctrina; quippe amulantibus

Ubi supr.

Plus mundana cognoscit, qui nescit.

Benedictus mundi sapientiam demonstravit stultitiam.

Philip. 3.8.

Apoll.

Gregor. Mago. Benedicti eremi sui.

Catull.

Levit. 23.40. Hieron. Pier. Val.

Vita Benedicti sensibili sati mortua.

Virgil.

Vita Baptistæ in deserto.

Paulin.

ut pro hominis vita sufficeretur angelica. *Ut flos in septis secretis nascitur hortis, Quem mulcent aure, firmat Sol, educat imber.* Alio cecinit Catullus in *Carm. Nuptial.* Apè flore fit collatio, ubi huiusmodi delibatio videtur in puero: etenim qui intendit floris pulchritudini theatrum, prius quærit flori sepulchrum. Minime eminetur luminibus speciosus, ni sepeliretur prius. Unde Benedictus vivens sese tradidit in sepulchrum, ut flores in animo germinarent perfectionum.

2 Myrtus thyrso Hebræorum in Tabernaculorum solemnitate adhibita (qua iuxta Hieronymum in 14. *Zachar.* 19. designatur *vita mortua*) apud Ægyptios voluptas, & genij hilaritas: de quo Pierius Valer. *lib. 50. cap. 2.4.* Apud Romanos mors atra; igitur eius floribus & folijs ornabantur sepulchra. Idem lib. 52. cap. 23. Contrarietas symbolorum altruit Hieronymi propositum, & in Benedicto exemplum: siquidem dum corpus animatum in specu condidit, omnes corporis voluptates sepelivit. In morte deficiunt concupiscentie motus, in quorum obiecta tendit effrenis animus. Vita valent, sed vita mortua non prævalent: unde vita Benedicti in specu per myrtum designatur dicata morti; quoniam cum illo etiam appetitus inordinati sepulti. Puertum (deportetur in propositum Virgilius lib. 6. *Æneid. v.443.*)

Secreti celant calles, & myrtae circum Silva regit. Igitur voluptatibus sæculi penè mortuus, sensibilibus genius omnino sepultus, illecebræ sine efficacitate, procul à corde delicie, anima quasi longè à corpore, & sensus in Deitate. Utique emulatur Ioannis in desertis. Audi Paulinum Consularem in *Carmin. Baptistæ. v. 225.*

Tecta igitur sancti, quamquam immaculata parentis Deserit, ac turbas hominum, coetusque nocentes. Effugit, ac solas loca tendit ad inopia terras In quibus se tantum mens impolluta videret, Liberaq; à curvis sacra ad præcepta vacaret. Vestis erat curvi setis conferta camelis, Contra luxuriam molles duraret ut artus, Arceretque graves compuncto corpore somnos. Præbebant vicium facilem silvestria mella, Pomaque & incultis enatae cavitibus herbae, Arentemque sitim decurrens unda leuabat. Ecce vita, & ecce mortua: equidem quasi non sufficeret corporis diri cruciatus, etiam in antro sepelivit corpus.

3 Verte igitur oculos in speluncam, ubi quasi alter Moyses in foramine petrae facebat:

DIDASCALIA IX.

S. Benedictus dum mundum fugit, in arctissimum specum se tradidit.

1 **R**esert Gregorius Magnus ubi supr. cap. 1. Delicias renuit amplecti, ut rutilarer flos campi. Fecit novum paradisum, petens vacuum non tantum hominibus, sed volucris eremum

Descriptio eius & benedictio.

bat: ita confert Hildegardis lib. 2. Vision. 5. Augustus adeo locus, ut nec erecto corpore stare, nec in genua quis se erigere possit, in longum tamen sit porrectus, quantum humani corporis longitudo: locus ipse ubi S. Benedictus oratione continua se prostravit, triennium ibi agens, politissimus est, & prænimia aequalitate lubricus, cum tota reliqua spelunca pars tam intus, quam extra saxum sit longe asperrimum. Hæc Thomas Stapleton. in Promptuar. moral. Domini. infra oct. Nativ. Christi. text. 5. Num istud habitaculum, vel sepulchrum? Sepulchrum sanè viventis, ut adhuc super terram esset in terra obliivis.

Gen. 12

4. Benedictur Abraham: & cum præmium sit ad amissum vitæ: signum est, quoddam restabat alia & superior perfectio; dum benedictioni additur benedictio. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Quænam ergo perfectio necessaria, ut frueretur Abraham benedictione plena? Daplex est mors etiam in hac vita mortali, in eo qui intendit studere perfectioni; qua non mortuus à defectu defectibilis vitæ, sed mortuus tantum à corde. Prima stat in fuga sæculi, secunda in despectu sui. Felicitas conceditur à largitore virtuti, sed perfectior perfectioni: unde Abraham promittitur post benedictionem benedictio; quoniam amplior in virtute felicitas, & perfectio, cor vel in mundo mori sibi, quam mundum mori despicienti cordi. Mori mundi cordi, virtus est; quia vanitati sepulchrum fabricat cor: sed minime eximia virtus, dum sibi vivit animus; quoniam intra se habet sæculum, quantumvis habeat sepulchrum: & sibi mori apponitur post hominis claræ virtutem; quippe quàm maxima, semet ipsam sepelire viventem.

Mori sibi, virtus est.

Gen. 23

5. Perpende virtutem Abraham, & perfectionem Benedicti pueri. Abraham petijt à filijs Heri speluncam, vel ius sepulchri, ut ibi conderet Saram. *Date mihi (ait) ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.* Obiter nota, non Saram vocari, postquam fato cessit. Eximia namque pulchritudo post mortem, nec nomen habet. Ergo ne nomina deleat ætas, tempus, vel obliivio, scribat in cœlis virtutibus pulchritudo: igitur quamdiu speciositas venustatis non floret, nec nomen memorie occurrit. *Ut sepeliam mortuum meum:* Ad quid ergo nisi mortuus sepulchra? Ad quid nisi cadaveri monumenta? Aliud habent officium, cum regat Abraham sepeliri mortuum. Virtus est, mortuus terre mandare; sed perfectior, vita mori: & mortuum dicit, ubi cadaver uxoris humare satagit; siquidem si incumbit

Pulchritudo dicitur taxat quando dicitur floret, non nomen habet.

Magna virtus, vita mori.

virtuti, in spelunca sepelire mortuum; est perfectionis, sepelire vivum.

6. *Esse perfectus:* dixit Dominus Abraham. Perfectus, quoniam metam communem transcendit nobiliss virtus. Iam mundo mortuus, dum patriæ valedixit, erat Abrahamus: restabat, quod sibi viveret mortuus: & perfectionem commendat, postquam mundi vanitatem reliquerat; quia si felicitas comitatur mortem vanitatis temporalium, perfectio est felicitatis, sibi in se preparare sepulchrum. Si perfectio, moti mundanæ felicitatis; amplior felicitas apparebit, sibi mori. Qui cepit à summo, à perfectione cepit: unde perfectus dum instituit Abrahamus, designatur benedictus; etenim dumtaxat benedictus, ut subito obtineret perfectionem, in mortali vita coniunxit mortem vitalem. Sibi mortuus iacebat, postquam mundus iacuit mortuus. Altiora virtutis petijt, ubi in desertam fugit, & in spelunca latuit: igitur si speluncam petiit Abraham, ut sepeliat corpus mortuum; speluncam petiit puer, ut se sepeliat, & mundum.

7. Specus erat sepulchrum viventis, quippe puer vivebat moriens; quin mors tereretur, dum quotidie minaret. Canit Bertharius:

Nulla nix illum domuit, nec Eurus, Non fames, æstus, siccitas, aut cubile Saxeum vicit, neque disciplina Flagra severa.

Lex Adamo & filijs est: *Morte mori.* Videtur adhuc in amaritudine levissima pœna: verè acerba est, mori vitæ; igitur voluntaria in corde mors, magis gravat, quam mortali data lex. Datur anima, immerse sensibus, pro temporali vita corpus, ut dira custodia. Carcer est potentiarum usus sensuum: verum vincula esse voluntariè in vinculis, numquam visum. Ioannes in vinculis audit mirabilia Redemptoris: Benedicti pueri etiam auditus in vinculis. Ioannes in vinculis, sed non in vinculis sensus: vel sensus ligatos habebat in spelunca Benedictus. Dum ligatur corpus, vagatur sensus: ut dirior esset sensuum in sensibili corpore pœna; sensus oppressit, dum corpus in spelunca, sub arctiore custodia. Dumtaxat ligatur corpus, dum evolat animus: & in specu quamvis non fugerat vita, iacebat corpus sub terra. Posuit in pulvere os suum, & quia ligatus sensibus se levavit super se: igitur in corpore vivo cuius conditionis sensibilitas, non apparebat nisi mortua vitalitas.

8. Doctorem Gentium audiamus. *Quasi morientes, & ecce vivimus.* Quiquã proficimur

Gen. 17

Et eximia, mori sibi.

Berth.

Gen. 23

Benedictus vi-vebat moriens.

2. Cor. 6. 9.

Triumphus insignis, ubi vivimus morientes.

Benedicti vita sepulta.

Et sensibus quasi mortua.

mur perfectionem in schola magistri celestis (tractis vinculis sæculi, & mundanæ vanitatis, quæ mundi mens pro lubito cæca, non contemplantur ut vincula) nosmetipsos abnegamus, quandoque viventes morimur. Morimur mundo, vivimus cælo. Vivimus cum vitæ affectibus, procul affectibus vitæ: sed hoc gratiæ. Vivimus intra affectus corporis, & morimur propter corporis affectus; quoniam bellum inter spiritus repulsi, & crebros impulsus carnis: tuncque morimur viventes; igitur vivere in huiusmodi discrimine, non est vivere, sed mori. Morimur satagens de subiectione huius terre portionis, atque rebellis; quæ continuò illecebram machinatur, quæ effugiat frantum rationis, maxime si frangitur maledicene indulgentia, vel voluptatis tyrannide: tuncque temporis quo contahentes morimur, vivimus; quoniam dumtaxat vivimus, quamdiu triumphamus. Morimur, si nosmetipsos negamus, & in illa morte vivimus; quippe vita celestis, ubi expediti sumus, blandis licet, inimicis.

9. Qui mortu proximus hand curat de terrenis, quoniam ultra, affectus cordis: & qui perfectioni student, huiusmodi vitam gerent: igitur attingant in tempore æternitatem, memorie mundi felicitatem obliivionem. Non morientes vivunt, sed quasi morientes. Modificatio exprimit sensuum mortificationem, & rationem appetitui dominantem. Mortui non sentiunt, morientes sentiunt, sed obiecta sensibilia non percipiunt: unde qui voluntariè ante mortem vitam mancipant sepulchris; vivunt, sed vivunt quasi morientes: etenim ita in urgentia sensibilia, sensuum fractæ vires prævalent, quasi minime sentiunt. Mortui sepeliuntur, morientes mortificantur: in mortuis abest sensus, meriti artifex: in morientibus comprimitur, ubi patientia victrix: & in hoc mortali sæculo funeste vitalitatis, vivunt, sed quasi morientes; quoniam ut habeant triumphum & meritum, atque quam sepeliuntur, sepeliuntur. Vita patet holocaustum iuge: & martyrium sine sanguine, quo cor afflictum, in vita mortuum, corpus consumptum, iuxta arbitrium electionis iacet in eculo capite tyrannidis, amore iudice, & charitate tortore. Est hæc vita, & celestis? Ita vivitur? Ita moritur. Sane, cæterum tormentum est animo lenocinium: igitur corpus recipit albam togam, priusquam insante portetur in sepulchrum. Est in mundo, & mundus longè, & non est sibi, quia sui: vivit secum, & sine se, quippe simul vita & mors: affectus mortui, appetitus

sepulti, quia subiecti: & denique corpus, in quo sine sensu sensus.

10. Huius mixtæ abstractionis perfectio luccet peripicue in majori miraculo, (quod panis Christi descendens fursum de cælo) ut homines quasi morientes vitam agant, dum panem vivum manducant. *Qui manducat hunc panem vivet.* Aliam quam communem vitam elargitur Redemptor viatori, ubi vitam promittit vitam habenti. An vitam gratiæ? Concedit Augustinus Tract. 27. in Ioann. An vitam gloriæ? Atruit Doctor Angelicus *Opusc. 57.* Aliquid singulare inest vitæ singulari. *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Idem, vitam quam habeo habebit, quisquis panem hunc de cælo gustaverit; ut maniat in mortali vitæ gratiæ, & pignus conferatur gloriæ future. In Sacramento est vivus Christus, verum vivit quasi mortuus. Haber sensus, sed non sentit; igitur nec gustat, nec audit, nec videt: & qui vult in vita celestem vitam, æmulari debet hanc vivendi exactissimam formam; quoniam qui vivit cælo, mori omnino debet mundosecum seilicet vivens, & sine se quasi moriens: ita à sensibus & etiam sensibilibus abstractus, quasi non haberet sensus.

11. Hæc est vita celestis, in qua exponitur imitabilis modus perfectionis. Perfectio, maxime Monachi veri, stat in corporis clausura, in obedientia, in cordis puritate, & omnium temporalium bonorum renunciatione: & Christi modum essendi in Eucharistia proponit in vitæ formam; siquidem dumtaxat qui æmulatur, habebit in vita vitam. Continetur ibi Christi corpus quasi in clausura accidentium; igitur ubi non sunt factæ species, non est corpus. Ita purum, quasi cælicum: ita pauper, ut non sit in specie ulla substantia panis, sed ad oculum species: ita obediens voci hominis, ut descendat in mundum ex vi verborum. Ecce forma, & nobilior in vitali morte vita: igitur si propria vilis, & aliena in propria vita mirabilis; vita supra vitam additur, ut perfecta vita sit, quia qui sibi moriens vivit, iam non vivit propter se.

12. Quod delictum in Vestali virgine asserere incommodi, virtus cogitavit in cruciamen Benedicti. Quæ in incello fuisse deprehensa (refert Vincentius Chartar. de Imag. Deor. in Magna Matre.) viva adhuc feretro imponebatur, & tamquam mortua esserebatur, cum propinquorum suorum luctu, sequentibus necesse cum silentio pontificibus & sacerdotibus. Prope portam locum fuit subterraneus, in quem scals quibusdam descendebatur; in eum locum solam virginem demit-

Ioan. 6. 58. Vita Eucharistia mirabilis.

Verf. 57.

Ibi sensus sui sensus.

Et motus sine motu.

Exemplar vitæ perfectioris in Eucharistia.

Ritus supplicij virginis Vestalis incensæ.

demittebant, & scale auferantur, locustique ipsi occidebantur. In quo ne fame necari videretur, panis non nihil apponebatur.
 Gregor. In spelunca abditur Benedictus: & notat Gregorius ubi supr. cap. 1. *Ad specum iter non erat: igitur alijs iter Benedicti non iter; sed illi, etsi per aspera, planum, quod ceteris iaviam.* Vivus adhuc in feretro collocatur, dum in specu sepelitur, arcto pane & aqua decurrente, ut mortem imminentem accerent, & arcendo non delicias, sed tormenta ministrarent. Mortuus sepultus, non novum: novum sanè, mortuus vivus: & Benedictus vivens adhuc collocatur in feretro, dum inferitur in spelunca sepulchro; ut pateret uti novum quod iam vivens amisisset vitalitatem, cum sepulchrum eligeret habitandum ante mortem.

13 Executioni mandavit, quod Soter N. in perfectionem ostendit. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me.* Se abnegare? Impossibile prorsum. Se abnegare est se relinquere, & se fugere, quod nequit esse cum esse. Sine esse non se negabit, quia non esse est planè mori. Qua ergo lege ut sequatur, erit vivus; & ut se derelinquat, erit mortuus: Consilium qui exactè implevit, nodum questionis dissolvit. Latens in spelunca Benedictus ingenio vitæ respondit difficultati. Esse quo gaudet in lucem editus homo, quoad usum pendet à gaudendis arbitrio; quoniam esse sine libertate non est esse, sed sub tyrannide mori. Qui amittit libertatem, illo in iactu admittit mortem: & cum mors, quæ simul cum vita est, sit acerbissima mors; & Benedictus mortuus est in curriculo vitæ, dum in sepulchrum sese intulit voluntariè. Si se abnegare, est esse moriens & vivens, Benedictus in specu vivebat moriens. Vivit moriens, & est vivens sine esse. Moritur, quoniam vivit in sepulchro: & vivit procul esse, quoniam non homo. Homo mortuus non est homo, sed hominis turpe cadaver: & sanè prodigiosum; quod in specu homo, ut homo non sit, iaceat cadaver vivum. Excludit mors halitum vel ex parte vitalem, sicut vitalitas mortem; abnegatio sui utrumque extremum amplectitur: & Benedictus sese abnegando voluntariè moritur; ut in vitali morte, vel morte vitæ, ferret secum ut moriens vel amicum ferale. Hispanà dialecto: *Sepulchre in vida, porque en la vida muerta, la muerte viva previnieste à un cadaver viviente la mortaja.*

14 Vel in Gentilium superstitione invenitur documentum, præcipue dum ratio ab eorum symbolis relegat supersticiosum.

Apud Græcos ut scribit Pausanias in *Attic.* Venus inter Gratiæ & Parcas colebatur. Huius cogitationis perspicacis ingenium exprimit usum, potius abusum Gratiarum: quandoquidem quot Veneres, tot cordi insidiantur mortes: quin Parcarum toxicum cognoscatur lethale, quippe introducitur sub Gratiarum specie. Nescio an hoc intuitu sagittæ & Gratiæ manus ornabant Apollinæ: siquidem humana corda plus, & altius vulnerantur gratijs, quam sagittis. Vide Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap. 21.

Apud Romanos Venus inter Parcas natu maxima, eò quod *Libitina Venus* (insit Vinc. Chartarius in *Pluton.*) *esset in cuius templo sepulchralia insignia custodirentur.* Alba toga in templo Veneris (cuius insigne speciositas) pulsar animum, ut mens incauta in pulchritudine presentiat insidias: igitur haud habet Venus ancilla, quæ quis homines comprè ornatur; sed feralia dumtaxat, queis corpora sepeliuntur. Heccine merces Veneris, pretium cadaveris. Latet in prudenti meditato symbolo profundior virtutis significatio. Intemplo in quo Gratiarum & Parcarum Venus regina, insignia funeris exponuntur venalia. Optimè disponunt officia, & imagines in templo Veneris, quamvis videantur diversissime imagines. Multi emebant sindones cadaveribus, alij hominibus: hoc est, muneribus sepulchralibus ornabantur corpora, & etiam cadavera. Sindoa vivis, & mortuis: mortuis ad feretrum, vivis in feretro: alijs sepulchro, alijs in sepulchrum; quippe ante mortem sibi & secum ferale habebant velamen. Unde benè Venus Libitina inter Gratiæ & Parcas collocatur; iuxta tempus quo corpus sindone induitur: igitur Parca est post mortem; & gratia, corde habente vitalitatem. Parca, si accipiuntur in morte mortis insignia: gratia, si in vita recipitur alba toga; igitur vitæ mundi fastidium tantum à gratia; cuius summa pulchritudo, dum non cadaver, sed sepelitur homo.

15 *Ingrederis in abundantia sepulchrum*, dicitur Iob. *In abundantia*, hoc est feliciter, subdit hic Sanctus in *Paraphr.* Nemo sepulchrum ingreditur, sed in tumulum nesciens deportatur: & dicitur *Ingrederis*, pro nota felicitatis: igitur cum voluntas sit voluptas; erit vera prosperitas, & delictum mortui vivens cordis, si antequàm in sepulchrum infereris, ingrediaris. Qui portatur, sepelitur, sed invitè: qui ingreditur, sepelitur voluntariè: & Iob dicitur: *Ingrederis, non portaberis*; ut moriatur vivus, & sepeliatur felix, antequàm mori.

Paul.

Sol cum Gratijs & sagittis.

Macrobi

Sepulchralia insignia in Veneris templo.

Merces Veneris precium cadaveris.

Sepeliri in vita, nò mori, sed gratia.

Iob 5. 26.

Est summa felicitas.

mortuus. Felix, quia si fortuna ante mortem mundo mori; haud obtineret, ni ingrederetur vivens habitacula sepulchri.

In voce *Abundantia* notatur Benedicti singularis sepulchra. Abundantia nomen erat matris Benedicti, que illic ut puerum peperit, expiravit. Nota modò: *Ingrederis in Abundantia sepulchrum.* Ex Abundantia nascitur, & illa in sepulchrum deferitur. Differentia declaratur sepulchri in morte genitricis, & vita infantis, cum in sepulchro unà iaceat iofans & genitrix: illa deportatur, hic ingreditur: hic placide, illa funelle; quoniam dum mater sepelitur mortua, pueri sepelitur vita. Videtur sepulchrum improprium, & est virtutis portentum; dum ingreditur cum Abundantia sepulchrum: igitur feliciter moritur, ingrediens sepulchrum; antequàm deportaretur. Nonne mirum in vita festiva pueri, quod tumulus prepararet uti cadaveri? Mirum utique: quandoquidem si funellum est in tumulo ferri, summa felicitas in sepulchrum ingredi.

16 Flebat mater filium mortuum, de quo Lucas: *Eccc defunctus offerbatur, filius unicus matris suæ.* Ad quid ly *Eccc*? Subdit Novarinus hic n. 379. *Eccc, particula admirationis est, novum aliquid signat.* Hic laet prodigium, & prorsus novum. Novum ne quod puer duodecim, aut tredecim annorum (ita Pagninus) pateat oculis Paræ ludibrium? Novum, cum delictum sit mortis transvolare disantes? Novum, cum tempus putationis præveniat, si flos ætatis appareat? Ubi ergo fulcrum novitatis, & materia admirationis? Non novum factum, sed signum: ideo *novum aliquid signat*, ac admirationi demonstrat. Sed quid hoc aliquid? Portentum virtutis Benedicti: siquidem novum, & portentum, quod fiat in ætate florentis vitæ, quævis exeret cum cadavere. Cadaver efficitur: Benedictus sepelitur: in hoc claret exemplum, in illo portentum signum: igitur virtus viventem puerulum ducit, ubi fato iam sanctos Parca reponit. *Defunctus offerbatur*, ut terrâ in fovea reconderetur: sed deceret novitas, quod quasi cadaver sepeliretur vitalitas.

17 In caeco à nativitate patet consilium, dum gratis invenit medicum. Hic enim exiit in terram, fecit lutum ex puro, limiv lutum super oculos eius, & dixit illi: *Vade lava in natatoria Siloem.* His aquis designabatur baptimus, quo nova vita & novus homo, sepultus in morte Christi, exiit homine veteri. Unde Augustinus in *Ioann.* Tract. 44. & Chrysolomus hic. *Homil.* 58. inquit: *Vade feliciter, ingrederis in lavacrum*

peccatorum, sepulchrum criminum. Ingressus in sepulchrum pro medicina exhibetur, & cæcus sanè curatur: siquidem mors pravissima cæci menti confert illuminationem, & prævalet contra cordium languores efficacius medicamen. *Ingrederis in sepulchrum, & lavacrum.* Tunc lavacrum, dum vivus ingreditur in sepulchrum, *Ingrederis: vade*: & addit Augustinus *Feliciter.* Unde cum morte felicitas? Quia sepelitur vitalitas. Filius videt ploratur, cum eadem dicitur: *Noli flere.* Cur igitur funus hocine funellum, & cæci à nativitate faustum? Hic in sepulchrum ingreditur: ille ab alijs efferebatur: & distat funus a funere, quod vitalitas à morte: etenim si felicitas ingreditur plorabile deserti. Felicitas, & calamitas: calamitas, quia dum moritur, moritur: felicitas, quoniam sepultus antequàm moretetur: igitur semper faustum, quod perfectio virtutis viventes ducat, ubi mors indideret morientes collocat.

18 *Vade feliciter. Ingrederis.* Quis dulci Minervâ in sepulchrum ingreditur? Benedictus igitur in arctissimum specum se tradidit, & se vivum in antro sepelivit. Patet falsum, quod de filio latente in Hæctoris sepulchro, protulit mater ut verum, apud Senecam in *Troade*, Act. 3. v. 509. *Fata si miseros iuvant, Habes salutem: fata si vitam negant, Habes sepulchrum.*

Igitur Benedictus in sepulchro vitam habuit, & in morte non miser vitam invenit. Qui moriuntur in mundo effertur, ut filius videt Nain: Benedictus ingreditur, antequàm impellat mors. Illi collocantur in obsecris, sicut mortui sæculi: Benedictus sepelitur semetipsum cum claritate. Illi portantur, Benedictus verò ingreditur: unde quod in illis sepulchrum indicat mortem, in Benedicto singularem & miram signat virtutem: etenim cogitavit in obsequium voluntas, quicquid factura necessitas. Dat cadaver sepulchro ut tributum, annos victos: qui ingreditur vivens, annos tempore vivendos. Illud, tempora præterita, quæ nunquàm illi futura: hic futura cedit sponte quasi præterita. Illud, tempus quo uti nequid obvia morte, hic, vitam blanditam tempore. Illud ut cadaver, corpus mortuum: hic uti homo, corpus vivum: & si primum mortalitatis necessitas; secundum næ perfectionis singularitas: siquidem novum ingredi in vita sepulchrum, propter amoris obsequium. Vernacule: *Novædâ, por obrar la fineza, de irse al sepulchro, y morirse en la vida.*

19 Occurrit causa. Qui sepelitur post mortem, mundum relinquit; dum relinquit.

Chrysa sol.

Luc. 7. 31.

Mors ante mortem quæ felix.

Seneca

Quantum obliqua ita mori.

Gregor.

Benedictus moritur ante mortem.

Matth. 23. 24.

Dum in specum se reclaudit.

Conium xii vitæ moritur.

Veneris inter Parcas & Gratiæ.

Quod vi venit videtur improprium est virtutis portentum.

Luc. 7. 31. Novar.

Et novum.

Ioan. 9. 7. Mors prævisa cæcitate medicamen. August.

Tom. II. Taut.

Bb

Luc

DIDASCALIA X.

S. Benedictus nulli animum voluptati dedit.

Subdit eius insignis Historiogra- plus in Prefat. Perproprie ad eius festa, dum recolimus deserti Tabernacula, additur alijs floribus, atque frondibus reticuli, & salices detorrente. Per salicem designatur cogitatio, ut hic observatur a Radulpho. Per torrentem vero omnimodam voluptatem: & Benedictus in deserto salicis comparatur de torrente; quippe inter tot mundi invitantis voluptates, ulla cogitatio nulli. Quasi salix iuxta praterfluentes aquas Benedictus germinavit, quia nec cogitatio de voluptatibus floruit. Erant illi aquae praterfluentes, & transivit transuentes.

Quis locus hic vitij, aditu quem prava cupido invenit hac inter sacra ac penetrabilia mentis? Quod peccet, qui nil cupiat? Quod tendat iniqui? In latebras sensus, quisquis non indiget ullo? Paulinus Consularis in Carm. de Baptist. cecinit, & proposu. Latuit ibi anguis adhuc sub arida herba, licet suspenderit in salicibus organa: igitur cordi estis surdo in creno Romae resonat cantus, tamquam esset auditus in medio eius. In pumice Venus invenit delictosa fomitem, cum vi haberet renum, quae tegeter ossa cutem! Quod quod lignum incendat, dum aqua flagrat?

Perpende theatrum, ut notes & mireris nobile triumphum. Tanta autem carnis tentatio (ait Gregorius Magnus cap. 2. lib. 2. Dialog.) avi recedente secuta est, quantam vir Sanctus numquam fuerat expertus. Quamdam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne seroti Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere crenum voluptate victus deliberaret. Magna proforsum tentatio ubi nec sui conscius, nec sui nescius: tanta gravatus est, ut penè cederet, penè discederet: mens ergo in ancipiti impulsu & repulsa articulo.

Errat ut à ventis discordibus acta phaselus Dividamque tenent alter, & alter amor. Quid mirum? Totus Cocyti, ductrice Veneris, totus Acherontis, ductore Cupidine, concitatus exercitus; sed Benedictus solus. Se, ne praeceptis iter, quarebat: & se minime inveniebat; quia sensus quos judicabat minis- tros,

Greg. Magna.

Levir. 21. 40. Benedi- cti vo- luptates praterflui- tes pra- terit.

Isai. 44. 4.

Paulin.

Pl. 136. 2.

Nullus in mun- do locus à tenta- tione va- cuus.

Tentatio carnis fuit in Benedi- cto gra- vissima. Greg. Magu.

Ovid.

Urgentis tentatio- nis dis- cripta.

Unde ob sequium amoris.

Cur ma- nus mun- dum ig- norare, quam de reliquie- ret

Plin.

Benedi- cti sepe dicitur, an- tequam sepelia- tur.

Pfal. 45 9. Lorin.

Marc. Monac.

Tribull.

tur à mundo. Qui verò in sepulchrum ingre- ditur, mundum relinquit, dum sequitur mun- dus. Primum est videre, post relinquere: fe- cundum, antequam videatur, renunciare. Est despiciere, antequam gloria false evanes- cat apparentia; quippe patet oblivio, prius- quam adveniat memoria: & mundus ignora- tur, dum renunciari videtur; igitur si tedium est, illud uti perfidum cognoscere, reco- gnitum proculcare; faustum erit proculcare, antequam possit videri, & fallacias, atque of- fuscias cognosci. Verum hoc haud brevi Didasc. 11. n. 27.

Observavit Plinius lib. 7. cap. 8. Ritu na- tura capite hominem gigni, pedibus effiri. In pedes procedere nascentes, contra natu- ram est. Quo argumento eos appellare Agrippas, ut egrè partos: qualiter Marcum Agrippam feruntur genitum, unico propè fe- licitatis exemplo, in omnibus ad hunc modum genitis. Felicitas est, ita nasci. Contraria obijciuntur rationi: igitur si infelix dum nascitur homo, quia illum comitatur mortali- tatis conditio; & nasci pedibus est in sepul- chrum effiri; perperam erit felicitas, nasci morti. Imò summa, dum videtur felicitas fe- licitati contraria: igitur homo obtinet nati- vitatis horroscopum, quasi deportaretur pe- dibus in sepulchrum. Singularitas eiusmodi partus claret speculum perfectionis. Benedi- cti, quoniam illius proprium, quantumcum- que singulare. Homines, seu potius homi- num cadavera pedibus deseruntur in sepul- chra, verum pedes homines non deserunt, nisi pedibus singulariter nascuntur: & Benedi- ctum in antrum deserunt pedes, dum pedi- bus deseruntur alij homines; ut pateat felix funus, eius qui vivebat mortuus: igitur spon- tē sepeliebatur, antequam ab hominibus se- peliretur. Plura alia loco cit.

20 Venire & videte opera Dei, & qua posuit prodigia super terram. Quae igitur prodigia? Solitudines. Legit Lorinus hic. Solitudines sunt prodigia? Sanè: siquidem ibi videtur mors viva, & vita mortua. Pro- digia in solitudine, quoniam ibi videtur vi- vum cadaver:

— Puer dulcis patrie penates Linquit, & solus latuit silenti Conditus antro.

Nonne in solitudine prodigium, excogita- tum lunus ante tempus, dum sepelitur solus? Solus, quoniam mens in caelo. Solus, quia nec secum cogitatio. Si per myrrum signa- tur vita mortua, videtur in spelunca:

Et gerit insigni myrrica fersa coma.

*** **

stros, sensit à Cypride falsa voluptate cor- ruptos; ac in necessario officio potius infi- dari, quam servire. Desiciunt à fide data, estò ad horam libertate promissa: & dum officium vel invitè faciunt, magis officiant. Muros habet hostis, & circum haud videtur nisi ignis & ignis.

— Pectus vapor Amorque torret, intimas sevens vorat Penitus medullas, atque per venas meat Visceribus ignis versus, & venas latens, Ut agilis flamma percurrit.

Pluunt Cupidines in aream pectoris, lu- dum tela figentes, & circumvolitantes, ut cantent victoria, qui inexpugnabilem con- stituebant pugnam; igitur pectus flammis ignivomè atquebat, & cupiditas ne periret, accedendo deperibat. Venus pro corpore, ratio pro mente: phalanx demum invadit, sed tota ruit. Sedit. Sed non consentit, quamvis monia casti pectoris Avernus faci- bus studiosè circumdedit. Hostis tenuit cordis monia, verum non ruit alto à culmine Tro- ia. Srat immobilis puer, estò totus irruat aether: etenim ut vidit quasi oppressos ratio- nis conatus, & partes hostiles perfidè sequen- tes sensus:

Non tulit ulterius: sed ut intabescere flava Igne levi cera, matutinusque pruina Sole tepente solent; sic attenuatus amore Liquevit, & tecto paulatim carpitur igni. Et nequus iam color est misto candore rubori, Nec vigor & vires:

Sed sumpsit à corpore (à quo & in quo in- testinum bellum, & militum transfugarum praesidium) per castitatis munimen, & Na- minis arcem; quoniam ultima salus, nullam per Venerem sperare salutem: igitur impulsu caelesti ut evaderet volatu, unde egredi nequibat progressu, & victoria celebraretur illustris, si nancisceretur inermis; Benedictus contra Benedictum pugnant, contendens, vi- res proprias contra vires in exercitum du- cens, impetè corpus nudum praecipitavit in dumetum horridum. Nudum se in spinarum aculeos, & urticarum proiecit globos: unde per carduorum acies, acies retudit Veneris. Traxit voluptatem in dolorem, qui propulit Cupidinis voluptatem. Vulnus recepit, ne vulnera acciperet. Veneno aperuit ostia, dum aperuit vulnera: igitur virus exiit, ubi vulnus eduxit. Quia celsit viribus, vi- cit. Abstulit, sed ignem ignibus urticarum extinxit. Vidit triumphum, quia mutavit incendium. Aptius dicens vulnus Cupidinis, quam corporis: siquidem puduit, & avola- vit Venus, ubi apparuit Benedictus pulcher & faucibus.

— Duo tela phavetra Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. Quod facit, auratum est, & cuspidè fulget acuta: Quod fugat, obtusum est, & habet sub arun- dine plumbum.

Tom. II. Taut.

Segec.

Reflexio vel in p. p. plenitate.

Ovid.

Victoria.

Parta sanguine

Igne igni vici.

Nec quidquam nisi vulnus erat, error undique manat, Deiectique patenti nervi, trepidaque sine ulla Pelle micant vena salentia viscera posse, Et pellicentes numerare in pectore fibras.

3 Languit corpus, sed amore languit Languit corpus, ne langueret. Languit cor- pus, sed valuit animus. Vulneribus vulnera ingeniosè sanavit; & quod ignis concepit, igne resinxit, & flammis flammis compe- scuit. Corpus tradidit tribulis lacerandum, ut pectus servare ab uredine integrum. Si noluisse esse corpore, fuisset pectore. Vali- dior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui in- tus Venus accendit. Novum belli genus (ait Chrysothomus Homil. 34. in Matth.) & in- solutum praliantis morem intelligant, cum discipulo Dominus mittit nudos; inexplica- bilem virtutem profertur. Novum est, & mirum salti sanitate amittere, & novum artificium lacerandi, iacturam facere. Impia sagitta Benedictum tetigit, non prostravit. Inter spinas deiecit, ut validior surgeret. Antequam pugil Benedictus figurabat, qui nimis victor, cum cecidisset, erat. Fuit uti- que impugnatus, propugnatus, verum mi- nimè expugnatus: igitur quae tela à Venero tulit, fortius in Venerem retulit. Ideo post myrrum, salix additur Tabernaculorum fe- licitati: Ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente. Per myrrum designatur vulnera Veneris: ait Pierius lib. 50. cap. 29. per salicem, victoria castitatis: idem lib. 52. cap. 26. Aptum itaque symbolum, ut Bene- dicti describatur trophaeum: quoniam non rutilaret fulgor candoris, nisi inter vulnera Veneris. Hæc vel vincit, vel vincitur: & ut caderet victa, cordium vulneratorum non- numquam victrix; idus icit idcirco retusus armis.

Et qua spectavit vulnera, vulnus habet. Plus igitur penè victus victor fecit, quam pro- victoria hominis contemplatio cogitavit. Luceat sicutum, ut pateat verum.

4 Puella subitò obviavit vagus Cupi- do, qui quidem specie fuisse, & vulnerare pectus virginis decrevit: sed improvise consilio, mutato telo, sibi arripuit aureum, & puella plumbeum: ita ornatur Cupidinis phavetra, ut canit Ovidius lib. 1. Metam. Fabul. 9.

— Duo tela phavetra Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. Quod facit, auratum est, & cuspidè fulget acuta: Quod fugat, obtusum est, & habet sub arun- dine plumbum.

Ovid.

Per vul- nera ca- ruit vul- neribus.

Chryso- thom.

Singula- re media- canem.

Leviti. 23. 49.

Rutilat fulgor ca- stitatis in- ter vulne- ra Veneris.

Ovid.

Tela Cu- pidinis aurata.

Ovid.

Bb 1 Cæ